

# The Electronic Manipulus florum

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Sapientia uel scientia ar cum fonte primo

Tocius prudentie compendium in litteris  
continetur. Si res publica regenda est,  
si praelia committenda sunt,  
si castra metanda, si machine erigende,  
si renouandi aggeres, si propugnacula  
facienda,

si iusticie cultus, si reuerencia legum,  
si finitimarum gencium amicicie  
sunt seruande, libri hec omnia erudiunt  
ad perfectum. Princeps quidem sine  
litteris est nauis sine remige et uolucris  
sine pennis.

Petrus Rauennas in quadam epistola.

Scitis, quod  
totius prudentiae compendium in litteris  
continetur, si respublica regenda est,  
si praelia committenda sunt,  
si castra metanda, si machinae erigendae,  
si renovandi aggeres, si propugnacula  
facienda:

denique, si quies libertatis,  
si iustitiae cultus, si reverentia legum,  
si finitimarum gentium amicitiae  
sunt firmandae, libri haec omnia erudiunt  
ad perfectum. Rex equidem sine  
litteris, nauis est sine remige, et volucris  
sine pennis.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 67 (PL 207,  
col.211A-B).